



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,  
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Antverpiae, 1605**

Ioannes Petrus Maffeius, E Societate Iesv, Christiano Lectori S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11473**

IOANNES  
PETRVS MAF-  
FEIVS,

E SOCIETATE IESV,

Christiano Lectori S.



*V*AE de Catholica religionis pro-  
gressu littere ferme quotannis ex  
India perferuntur; eas (quod facile  
animaduerti) optimus quisque au-  
dissimè lectitare consuevit. Nec sa-  
nè immeritò. Quid enim ad hone-  
stam vita oblectationem accommodatius, quàm cor-  
pore domi sedentem, cogitatione ac mente peregrina-  
ri; transmeare Cauca sum Oceanumq; nouas identi-  
dem formas rerum & (ut inquit ille) mores hominũ  
multorum cernere & vrbes? Quid porrò, vel ad a-  
nimi fructum uberius, vel ad virtutis amulationem  
efficacius, quàm, Euangelii face dispulsis errorum at-  
que opinionum tenebris, veritatis lucem longè latèq;  
fusam intueri, & in diuerso vel aduerso potius terra-  
rum orbe veluti renascentis Ecclesie sancita miracu-  
lis, testata martyriis, distincta personis, notata locis  
temporibusque primordia recognoscere? Quae mecum

<sup>a</sup>  
ego cum repurarem; & superioribus annis feci libenter, uti non exiguam earum literarum partem in Latinum à Lusitanico sermone conuerterem; & nunc eadem sub Indicarum Historiarum opus intentiore delictu pressas ac repurgatas, & nonnullis insuper auctis epistolis, denuo in publicum edendas existimaui. Sane recentiores supersunt alie, quas mihi si per occupationes ac valetudinem licitum fuerit, latinas facere pro mea tenuitate propositum est. Tu interim (amicice Lector) fruiere presentibus; ac nostros qualescunque conatus piis apud omnipotentem DEVM precibus adiuuabis.

Vale.

SELE

